



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco

Angèli, Pietro

Romae, 1586

Mvtii Riccerii Camertis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13181

Ægyptus omnis, cuius in intimo
Recisus ingens est gremio lapis,
Quam gaudeat, si iam prophanos
Aspiciat posuisse ritus,
Deseruiem muneribus pijs?
Summo beatus consilio pater
Qua dempta Phœbo, prisco honori
Purpurea Crucis arrogauit.
O, perge capta flos iuuenum via,
Exempla sectari vsque domestica;
Contende, ut inprimis tuum ornent
Relligio, pietasq; pectus.
Qua consequeris premia, certa sunt.
At florida etas, dum tacito pede
Currit, mora nulla interim, te
Sollicitent, dubiumuè reddant.
Euris citatis hora fugacior:
Et qua videntur tempora segnius
Labi, breui cursu, ad secundas
Te referent propere coronas.

MVTII RICCERII CAMERTIS.

I *Mmani transfert Obeliscos pondere Sixtus,*
Et locat in summo vertice signa Crucis.
Hinc Casar victor victus cœlestibus armis

Con-

*Concedens Christo pondera sacra subit.
Et tandem sauis totum qui legibus Orbem
Pressit, se patitur religione premi.*

E I V S D E M.

C Vr Obelisce tuus nostra argumenta salutis
Gestat, et ad cali sidera tollit apex?
Sedeq; posthabita ueteri, nomenq; perosus
Caesaris, impositum deicit orbis onus?
Scilicet humano diuinum Xystus honorem
Aneadum titulis pretulit arma Crucis.

E I V S D E M

Ode.

E N qua superstes (nec sine numine)
Impune Moles exstitit horridas
Inter ruinas: en superbi
Romulidum monumenta fastus.

*Vides ut astris conspicua Cruce
Alte refulgens intulerit caput:
Caelumq;, magni Atlantis instar,
Vertice sustineat supremo.*

*Huic barbarorum exercitus insolens
Olim pepercit, cum rabidus furor
Diris in Urbem effusus armis
Carceribus rueret reclusis.*

I 2

Et